Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quo ad forestum Ortenburgicum, tanquam feudum Imperij prorogare potuisse, Capit: decisione 9. per totum.

Quam ad rem parum faciat quod 8. loco proponitur, satis notum, sunt enim pauci casus in iure expressi, quibus permittitur sibi ipsi ius dicere sc: quando non est copia iudicis, vel res non patitur moram ut timetur irrecuperabile vel enormissimum dammum. Barth: ex Gloss: in si Alij 7. §. bellissime ff. quod vi aut clam, Alios quoque recensit Barth: in L. generat. 54. C. de decurio: lib: 10. qui tamen non omnes recte applicantur ad regulam propositam. Si Comes capiendo et mulctando Hollzhaimerum ut eum ducendo per Ducatum in Comitatum peccavit, non defuit iudex competens, in Imperio neque timendum fuit irrecuperabile dammum, nec necesse habuit iudicialiter contra Ducem coram Consiliarijs litigare, pro relaxatione Huberi, cum et alio remedio sc: Constitutione uff die Pfandung, satis prospectum fuerit quo etiam usus est et obtinuit frustra obiecto putativo illo recessu :/.

Nona ratio nihil facit, quia supra ostensum Recessum ipso iure nullum fuisse, ideoque executione non meruisse. Quare dici non potest eiusdem cum non entis nullae sint qualitates.

Decima ratio concludens non est, licet enim quis in diversis locis forum sortiatur, inde ita